Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



indicatione tua cuncta sunt posita et nō est qui possit resistere voluntati
tue libera nos propter nomen tuum ℣ Exaudi domine preces meas et oratio
nem nostram in salutem ℟ Confortata me rex sancte principatum
tenens ℣ da sermonem rectum et bonum in ore meo ℣ Domine rex vni
verse potens audite consilium eorum qui sunt eos ℟ Incipit liber Judith

·i· Arfaxat itaque rex medorum subiugauit
multas gentes imperio suo et ipse edi
ficauit ciuitatem potentissimam quam
·ij· appellauit ecbathanis Et lapidi
bus quadratis et sectis fecit muros eius
in altitudine cubitorum septuaginta et
in latitudine cubitorum triginta Turres
·iij· eius posuit in altitudine cubitorum centum Et quadratum
turrium latus utrique vicenorum pedum spatio tendebatur
posuitque portas ciuitatis in altitudine turrium et elabatur
quasi potens in potentia exercitus sui et in elata quadrigarum
·iiij· suarum Hinc istum duodecimo regni sui nabuchodono
sor rex assiriorum qui regnabat in ninive ciuitate magna contra
arphaxat pugnauit et obtinuit eum in campo magno qui
appellatur ragau contra euphraten et tygrim in campo eriochi
·v· regis elimorum Tunc exaltatum est regnum nabuchodonosor
et cor eius exaltatum est et misit ad omnes qui habitabant in aluea et
damasco et libano et ad gentes que sunt in carmelo et cedar et
·vi· in habitantes saltuam in campo magno esdrelon Et
misit ad omnes qui erant in samaria et trans flumen iordanem us
que ierusalem et ad omnem terram sessen quousque peruenit ad fines
ethyopie ad hos omnes misit nuncios suos nabuchodonosor rex